

8251 Aur. Peculiaris magister | conquiliarius¹ et Aur. Urbica | vivi sibi posuerunt. Si quis | autem post obitum nostrum ali|ut corpus [po]nere voluerit, infel[er]at ecclesi[a]e argenti pondo quin|quaginta.

Sucurac proxime Salonas, sarcophagus (III 2113 cf. III S. 8592 vidit Hirschfeld). — 1) *Conchyliarius (qui lanam conchylio inficiebat), officialis ut videtur constitutus fortasse sub baphii Salonitani procuratore quem nominat Notitia Occ. c. 10 (Momms.).*

8252 hic requiescit in pace Duion.¹ ancilla Ba|lentes, esponsa Dextri, deposita est III | idus Septb. consulatu d. n. Theodosio | Aug. XIII² et Valentiniano Ag. bes cccs.³ Adiu|ro per deum et per leges Cresteanor., | ut quicumque extraneus voluerit al|terum corpus ponere voluerit, det | eclisie catolice Sal. aur. - III⁴.

Salonis (III S. 15124 Hirschfeld vidit eotypum; imaginem Gatti Rom. Quartalschr. VI 1892 p. 262). — 1) *Fortasse nomen corruptum.* — 2) *Scr. XII (vel postea ter).* — 3) *A. 426? 450?* — 4) *Uncias tres.*

8253 . . . fabrece | ia | . . . [in]feret ec|clesi[ae] | decis centena [m]i|lia | et r. p. inferit fol. nm.¹ quinquagint[a].

Salonis (III S. 12872 descr. Jelić). — 1) *Folles numero.*

8254 Fl. Iulius zaconus¹ et | Aurel. Ia[nua]ria con|iux eius hoc sarcofa|gum sibi vivi posuerunt. | Si quis post nostram pau|sationem hoc sarcofa|gum aperire voluerit, in|ferat aeclesiae Salon. ar|genti libras quinquaginta. (In latere) dep.² | Iuli | zaco|nis | die | IIII | nonas | Novem|bres | Datia|no et | Cerea|le | coss.³

Salonis (III 2654, 8652 bis vel ter descripta saec. XVI. XVII). — 1) *Diaconus (ziaconus exempla duo).* — 2) *Depositio.* — 3) *A. p. Chr. 558.*

8255 si qis super hunc corpus alium | corpus ponere volueret (*sic*), in|feret ecclesiae argenti p. X. | Fl. Theodotus curator reip. | Peregrinum filium in lege | sancta Christiana collo|cabi eum. Depostio | Domnionis die III kal. De|enbris (*sic*) con. Antonio¹.

Salonis (III S. 9508 vidit Hirschfeld). — 1) *A. 582.*

Similia in multis aliis titulis Salonitanis, quorum unum dedimus iam supra N. 1960.

8256 sarcofagum Ursieli et Tertīae. | Depositio Ursieli die III idus Dec. ind. XIII. | Si quis vero voluerit sine conscientia supra | sibi praesumere, det poene nomine sanctae aec[cl]esiae | ante litis ingressum auri unc. III.

Tragurii in Dalmatia (III 2704 III S. 9706 viderunt Mommsen et Hirschfeld).

8257 Fl. Alatanus domest. cum coniuge sua | Bitor[is] arcam de proprio suo sibi co[m]paraverunt. Petimus omnem clerum | et cuncta fraternitatem, ut nullus | de genere nostro vel aliquis in hac | sepultura ponatur¹. Scriptum est: | quod tibi fieri non vis, alio ne feceris.

Concordiae in sepulchro (V 8758 descr. Bertolinus). — 1) *Eadem formula V 2505.*